

T14

Libro VIII, fr. XII

Un uomo prezioso

Haece locutus vocat quocum bene saepe libenter
 mensam sermonesque suos rerumque suarum
 consilium partit, magnam quom lassus diei
 partem fuisset de summis rebus regundis
 consilio indu foro lato sanctoque senatu;
 quoi res audacter magnas parvasque iocumque
 eloqueretur et cuncta malaque et bona dictu
 evomeret si qui vellet tutoque locaret;
 quocum multa volup gaudia clamque palamque;
 ingenium quoi nulla malum sententia suadet
 ut faceret facinus levis aut mala: doctus, fidelis,
 suavis homo, iucundus, suo contentus, beatus,
 scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
 paucum, multa tenens antiqua, sepulta vetustas
 quae facit, et mores veteresque novosque tenentem
 multorum veterum leges divomque hominumque
 prudentem qui dicta loquive tacereve posset:
 hunc inter pugnas compellat Servilius sic.